Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26030
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Palladij Lausiaca Historia

IB dict

Bibliotheca Novitiatus Admont

BEATIFICO
ET ADMIROR PROPOSITUM TUUM.

Dignum est enim a beatitudine incipere huius episto
le textum, quoniam omnes circa vana et inania presen
tis seculi studium suum impendunt et in edificatione
lapidum, ex quibus non valde gaudebunt. Ipse autem verbum
edificationis et sancte scripture doctrina doceri desideras,
sanctorum patrum conversationem et instituta perquiris. Multorum quidem multa et
varia per singula tempora habentur conscripta de his qui illecebras seculi de
relinquentes, quorum bonum desiderium inspiratio superne gratie dei adiu
vabit in edificatione eorum qui fide voluntaria permanent in doctrina
salvatoris nostri Christi Ihesu. Unde et mihi humili reverentie tue preceptis et de
siderio tue magnitudinis obedire amator doctrine veritatis pro possi
bilitate mentis mee. Tricesimum siquidem et tercium annum etatis agens in con
gregatione fratrum conversatus sum, nihilominus etiam et in solitaria vita, vi
cesimum autem in episcopatu. Igitur desideranti tibi sanctorum patrum enarrare vitam
virorum scilicet ac feminarum quos vidi et de quibus audivi, cum quibus et conversatus sum tam
in egypti solitudine quam etiam in lybia et thebaida et sienitie simul et qui di
cuntur tabennensiote, deinde in mesopotamia palestine et syrie et partibus occiduis rome et campanie et cetera
qui in his morantur. Itaque ~~habens~~ ab initio habens exponere tibi et enarra
re specialiter in libro hoc ut in compendio salutifero pro commonitorio
habeas indeficientem anime medicinam, et obliviscaris omnem quidem de
sidiam mentisque somnolentiam et irrationabile desiderium, omnem autem dissen
sionem anime etiam et commotionem iracundie et tristiciam et irracionabilem
timorem per hec repellas simul et ambitionem mundi despicias, ut in fi
de veritatis et in desiderio proficias, quatenus in proposito pietatis dux tibi et
ipsi bonorum operum et eorum qui tecum sunt et post te erunt piissime efficiaris in

143